

Heinrich Rahn

**Rector Universitatis Rostochiensis, Henricus Rhane, I.U.D. & Profess. P. Ad
Exequias, Quas ... foeminae Gertrudi Gerkens/ Coniugi desideratissimae Viduus
afflictissimus parat, Cives suos in aedem B. Petri post horam meridici primam
serio ac diligenter vocat**

Rostochi[i]: Kilius, 1638

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777448408>

Druck Freier  Zugang



Rhane, H.,
in G. Gerkens,
uxor. E. Taddel.

Rost. 1638.





30
Ogo

RECTOR
Universitatis Rostochiensis,
HENRICVS RHANE,
J. U. D. & Profess. P.
AD EXEQUIAS,

Quas


Pudicissimæ elegantiq; fæmina.

GERTRUDI GERKEN^S/ Conjugi desideratissimæ

*Viduus afflctissimus parat,
Cives suos in ædem B. Petri post horam meridiei
primam serio ac diligenter vocat.*



ROSTOCHI,
Typis NICOLAI KILI, Academ. Typogr.
Anno M DC XXXIX.



199
Siquis introspiciat in domum Reverendi & Clarissimi Viri, Dn. M. ELIAE TADELII, & cunctetur apud se, quamobrem denuo funestam ipsi familiam, tantumq; tam ingentem luctum Deo fecerit, illum oporteat conformem nostræ professionis mentem & idoneum robur afferre, ne primo à conspectu desideri alienæ calamitatis, & per cogitationem solo affligi incipiat. Fingite enim animo vobis, Academiæ Cives, aliquod in corpore bene luculentum vulnus, capitale & letiferum, quod foedum tabo, hiatuq; ipso obscoenum, putre jam simul ac desperatum aliis, inter præcipitatas doloribus quiritationes coire paullatim ex natura & obducere cuticulam inceperit; Redeat autem crudele monstrum istud, visu alias ipso, & recentis plaga memoria per quam formidabile, ijsdemq; omnino partibus, tenerimo sensui vix palpum admittentibus, magna vi nisuq; atrocissimo rumpat iterum ac distorqueat, non repetendo idem malum

A a 2

sed

sed ducento altius ac penitissime, ut sternat non modo infirmum & vix ossibus adhaerens corpusculum, sed nigrae prorsus nocti & umbris horrentibus involvat. Atrox equidem foret spectaculum, & quod ferre non posses, etiamsi in chari parentis fractam cervicem, aliudve quoddam immane scelus pro supplicio datum esset; tanto dirum magis atque intolerabile futurum, si in hominem innoxium, in amicum, in cooperarium Dei, in animę pastorem tuę expetat. At vero putatis, Academias Cives, mitius jam actum esse in hoc funere cum TADELLO nostro, nec tanto eum malo pressum, tantive doloris causam habere, postquam denuo exequitur uxorem suam? Quamdiu est, quod CATHARINAM Mohns/foeminam exquisitissimi in sexum exempli, trium liberum ex se, quatuor vero jam antehac matrem, amorem ac delicium suum domo extulit? Quo fato attonitus sum ac ferme confusus despondere victoriam non nihil infraquaque dolorem esse videri poterat. Qui tot laboribus publice, tot domi curis & absque socia comprehensus nec desituere privignos volebat & integrum sanguinem suum, in cunis adhuc crepundiisque calente, maxima cum difficultate foendum, recreandumque acceperat. Vix ille aliquid ex hoc malo respirare, vix attollere

se

fe, vultumq; referre ad sidera, postquam solaturnus
pretiosissimæ rei amissæ desiderium, uxorem se-
cundis avibus legeret, castissimam tum virginem,
& ad omne decus natam GERTRUDEM. Ecce repeti-
tur miser ab immani inhumanissimaq; bellua ad-
eundem iustum, ultraq; priora vulnera laniatur. Nō
eam viri virtus, non decus foeminæ, non tener ac
recens amor, non obses datus in vicem mutuiq; pi-
gnus foederis, non afflictus jam ante plus satis cum
Sacerdoti ipse Gener, non vota intercedentium & pre-
ees, non ista, non omnia, nihil movere eam atq; ab
hoc facinore avocare possunt. Secat iterum atq;
abruptit alteram vitæ partem, animæ dimidium
alterumq; & idem totum. Tanto scilicet trucu-
lentius sevitura, si non corpori modo vim afferret,
sed præcordia findere & transfigere animum pos-
set. Iste conjugij enim est nexus, qui vitæ est, ut
quemadmodum immersa corpori anima divelli
absq; interitu totius non possit, ita post alterius so-
lutionē conjugis, una caro unusq; duorum spiritus
desinat. Et est sapientibus ista res non corporis cō-
merciū, veluti in belluis libido aut natura imperat,
sed animorū præcipue, quos Deo committit sibi, ac
penitus confundit, ut uno pectore unoq; spiritu
arcnum æterni amoris in lese effigiatum gerant.

Aa 3

Qui-

*Natura
vita
conjugio
quid sa-
pienter
quali?*

Quis pē qui & ipse filium ex amore genuit , ejusq;
infinitum amorem Sponsi flamma signatum exci-
tare in animis nostris simile quicquam voluit , ut
ardorem suum , qua mundum complectitur , agno-
sceremus . Inde est , quod corporum desiderio pri-
mum allecti , consuetudinem prēcipue animorum ,
eamq; tam pertinacem in eam us , ut ceteris sele re-
mittentibus deliciis & cum æstate exoletis , sola af-
fectio augeat , intendatq; in singulos dies , nihilq;
miserius , quam in senectute spectetur , cum se desi-
derant infirmi utrinq; & expetunt , quiq; aliorum
manu , ut ducantur , opus habent , animis sustentare
se ipsos quā maxime nituntur . Revocati tū ad ca-
put principiumq; cōjugij , quod in corpore quidē
sed animorum ac spiritus , velutiq; divinitatis esset .
Ecquis igitur est , qui cum fessum jam ac fractum
nutantemq; in hoc funere prospiciat TADDELIUM
nostrum , corporis alicui etiam maximo cruciatui
imputet , & ex vulnere cuiusdam melioris cha-
riorisq; membra estimare dolorem cupiat ? Quod
quidem in delicatis hominibus ægritudinis ma-
ximæ est . At vero , qui se homines norunt , & di-
viniore sui parte in hoc negotio affici , tanto acer-
bius vexatum jam viduum dolent , quo vehemen-
tiores animi cruciatus sunt , uruntq; exquisitus ,
etiam si

103

etiam si repetiti nunc & geminati non essent. Spiritum certe, quod credatis, & ferme animam agit, dum insertum pectori & concretum anno, sicq; redditum pectus, post superiorem luculentam vix-dum obductam cicatricem, denudo scindi a velliq; sibi videt. Contemplaturus per viduos dies utriusq; thalami dulcedinem & quantum olim in **CA-**
THARINA, quantum rursus in **GERTRUDÆ**, iterata
clade, amissum sit. Quæ quidem nos recolere atq;
ornare verbis nefas est, ne addere ad luctū & nocere
magis, quam lenire videamur. GERTRUDIS tamen
dotes, in hoc funere & tanquam trophyæ extare
debent, quia morti creptas extortasq; consecrari
memoriæ atq; æternitati necesse est. Utq; rite fiat,
haec tabula suspendimus. **GERTRUD.** **SIMONIS.**
CIVIS. APUD NOS HONORATI. EX ANNA DITERI-
CI. ET. GERTRUDIS. PRENGERIAE. SCHLORFIA F.
M. GOBELINI. GERMENS. ATQ. ELISABETHÆ VON
COLN. N. VIRGO. NUPTA. REVERENDO. ET. CL.
VIRO. M. ELIÆ TADDELIO. PASTORI. AD. DIVUM.
PETRI. ÆTATIS XXII. MATER UNIUS. FILII. XXIII.
CHRISTI SERVATORIS. ⁸⁰ i CXXXIX. ANNO. IN-
TER. MARITI. AMPLEXUS. POPULARI. MORBO. AD
XXII. JUNII. PATIENS. ET CONSTANTISSIMA. DI-
SCESSIT. FORMOSA SUI. CUSTOS. COMIS. FIDA.
DEDITA Q. CONJUGI. AC. DEO. VIVA. DELICUM.
ET. AMOR. MORTUA. DESIDERIUM. ORDINIS. DE-
CUS. IN. POSTERAS. EXEMPLUM.

Agite Cives Academiarum, ad este huic funeri fre-
quen-

quentes, animarumq; vestrum Pastor i fidem pro-
bate ac pietatem. Non sua culpa hoc patitur
fatum, non vestra, vestrum tamen causa. Quip-
pe qui per tam gravem plagam Deo & vobis con-
stantiam attestari seseq; inducare ad exemplum
debet, ut per lugubrem hanc tempestatem obfir-
mare animos vestros, redimere vos ex mundi amo-
re, ac cœlestium compleere possit, P.P.

xxv. Junij, Aano Christ,

ci cxxxix.










Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn777448408/phys_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777448408/phys_0016)



etiam si repetiti nunc & ge-
tum certe, quod credatis, &
dum insertum pectori &
redditum pectus, post super-
dum obductam cicatricem
sibi videt. Contemplatur
usq; thalami dulcedinem &
THARINA, quantum rursus i-
clade, amissum sit. Quæ q;
ornare verbis nefas est, ne ad
magis, quam lenire videam
dotes, in hoc funere & tan-
debent, quia morti creptas
memoriae atq; æternitati ne
haec tabula suspendimus.
CIVIS. APUD. NOS. HONORA-
CI. ET. GERTRUDIS. PREN-
M. GOBELINI. GERKENS. A.
COLN. N. VIRGO. NUPTA.
VIRO. M. ELIAE TADDELIO.
PETRI. ÆTATIS XXII. MATE-
CHRISTI. SERVATORIS. 88
TER. MARITI. AMPLEXUS, P.
XXII. JUNII. PATIENS. ET C.
SCESSIT. FORMOSA SUI.
DEDITAQ. CONJUGI. AC. L.
ET. AMOR. MORTUA. DESIL-
CUS. IN. POSTERAS. EXEMPE-

Agite Cives Academia;



n essent. Spir-
nimam agit,
anno, sicq;
ulentam vix-
cindi avelliq;
uos dies utri-
olim in CA-
u d E, iterata
recolere atq;
ctu & nocere
udis tamen
haæ extare
consecrari
Itq; rite fiat,
D. SIMONIS.
NA. DITERI-
HLORFIA. F.
BETHÆ. VON
DO. ET. CL.
A D. DIVUM.
FILIL XXIII.
ANNO. IN-
MORBO. AD
ISSIMA. DI-
OMIS. FIDAJ
DELICUM.
RDINIS. DE-

funerifre-
quen-

103